6017 [= 4065] in mensae ponderariae utroque latere; Minturnis a. 1841 reperta sequenti pro ducatis 10 illata est in museum Neapolitanum (cf. *Documenti inediti per la storia de' musei d' Italia* vol. 2 p. 43).

L · GELLIVS · L · F · POPLICOLA · C · CAEDICIVS · C · F
DVO · VIR · EX · S · C · PONDERA · ET · METRA
EXAEQVARVNT · EIDEM · DE · SVA · PECVNIA
PONENDA · CVRARVNT

Descripsi. Ciuffi *Bull. dell' Inst.* 1841 p. 170, Traetto p. 104; Fiorelli cat. n. 1058. Henzen 7316.

In altero exemplo evanuerunt v. 3 litterae T·EIDEM·DE·SVA, v. 4 VRARVNT. — Egerunt de hac mensa Carm. Mancini *Giorn. degli scavi di Pompei* 2 (1871) p. 155 seq. et Nissen *Pomp. Stud.* p. 73 seq. Similis est Pompeianae n. 793 eiusdemque fere aetatis. Consules L. Gellii Poblicolae in fastis reperiuntur tres a. u. c. 682 et 718 et p. C. 40; duovir prior potest fuisse primus alterve eorum.

6018 [= 4066] inventa in ruinis Minturnarum ante a. 1790 HOARE. Extat Neapoli in museo.

P O M P E I A E
Q · F · CATVLLAE
SACERD · AVGVST
DECR · DEC
REMISSA · PEC · PVBL
C · TRVTTEDIVS
PIVS · FIL
L D D D

Descripsi. Hoare *classical tour* 1, 137; Fiorelli cat. n. 1055. Henzen 5975.

6019 litteris optimis. Extra Traettum in villa canonici Iosephi Sparagnae.

M · RAECIVS
DVO · VIR

Recognovi. Ciuffi Traetto p. 85.

6020 extra Traettum in villa canonici Iosephi Sparagnae.

C · V A R I V S
F E L I X · A V G
IN · FR · P · XIII
IN · AGR · P · XXXV

Recognovi. Ciuffi Traetto p. 84.

6021 *base trovata al Garigliano negli scavi del Cav. Venuti* una cum n. 6012.

L · VARIO · L · F
M · N · FAL
S A B I N O
D E C V R I O N I
D D

Scheda inter Mariniana Vat. 9127 f. 18.

6022 Traetti in domo olim Bruno, nunc Iannazzi.

MINTVRNARVM · HERES
· M · E ·S ·

Descripsi. Videtur integra esse; at quid significetur nescio.

6022 *a* ad Minturnas rep. in praedio q. d. Pacelli.

D · M
T · AELIVS · VALERIVS
. . . TINVS · VALERINVS
. . . VC . . NE . . VII II
. . . . . . VLARINVS . . . VS
. . . .

Riccardelli in actis Casertanis 1880 p. 23.

Hae et reliquae nuper editae a Riccardellio cum non pertineant ad fraudes eas, de quibus diximus in praefatione, ut male exceptae, ita sincerae videntur esse.

6023 arca parva ornata. Allata sit ex urbe necesse est; scilicet pertinuit ad idem sepulcrum atque fragmentum in museo Vaticano extans L·ARRVNTIVS | HEDVS·PATER et cippus sive cippi inscripti ARRVNTIA | PROBA | VIXIT·ANNIS·XXIII | MENS·I·DIEBVS·V·HORIS·XI (Malvasia p. 521; Fabretti 182, 389). Sed reliquimus ex lege nostra ibi ubi primum descripta est. — Traiecti in sacristia nova claustri S. Francisci IVC. Ibidem adhuc CIVFFI SAL.

D · M		L · ARRVNTIVS
ARRVNTIAE		HEDYS
PROBAE		FECIT
FILIAE		
corona		corona
avis	candelabrum	avis

Iucundus f. 208 (inde Donius Barb. 30, 182 f. 51′ = Barb. 34, 73 p. 236 et Mur. 1134, 5, cui misit Compagnonius ex schedis quas Cyriaci ait Barberinis); Ciuffi Traetto p. 92; Salazaro *Commissione di Caserta* 3 Iun. 1872 p. 27.

6024 arca reperta prope Traettum et potui animalium destinata.

D · M
M · AVRELIO · BITO · FI
LIO · DVLCISSIMO · ET
INCOMP · *q*V*i* VIXIT
AN · XV · M · VI · D · VII · H · III
G..... CVRDA M*a*T *fe*C

In epistula scripta Traetti 17 Iun. 1808, quae servatur in tabulario publico Neapolitano (Reg. IX p. 563), iam titulus deficit, legitur inde excerptus in actis musei Neapolitani s. d. 29 Iun. 1808.

4 INCOMP·VT·VIXIT, 6 MT·ETC traduntur.

6025 Traetti rep. *contrada Sasterna*, est apud muratorem Iosephum Saltarelli.

D M
L · B V R B V L E I O
OPTATO
Q V I V I X S I T
AN · XXVI · M · VIII
MATER · FIL · B · M · F

Descripsi.

6025 *a* Minturnis rep. in loco q. d. *virilasci*.

C A E D I C*ia ..l*
N I C E · VI*x*
C · CAEDIC*ius*
PHILOSTRA*tus*

Riccardelli in actis Casertanis 1880 p. 22.

6026 in antiqua turri Garigliani rep. a. 1829.

LAR · C · CIDI · AGILIS

Ciuffi in actis musei Neapolitani 7 Iul. 1829, Traetto p. 103.

Integra esse dicitur; sed magis crediderim esse [*Hi*]*lar(us)* vel tale quiddam. — CIDI ms., SACIDI ed.; malim CIPI.

6027 [= 4068] Minturnis.

D · M
C L A V D I A E · Z O S I M E N I
QVAE · VIXIT · ANNIS · XXIIII
P L A V T I V S · P O L L I O
CONIVGI B · M · F

Iucundus f. 126 (inde Donius Barb. 34, 73 p. 117 ex libro vet. ms. et ex alio libro ant. ms.; Mur. 1327, 2 per Gorium ex Iucundo).

6028 Traetti in domo Pacelli CIVFFI. Hodie imminuta ad S. Pauli in scalis RICC., EGO.

L · CORNELIVS · MERVL · L · AN*TIOCh*
VENERIVS · CORNELIA · L · L · P*LVSIA*
VENERIA · L · CORNELIVS · L · L · CI*LIX*
CORNELIA · L · L · PRIMA · VIXI*T · AN · XXV*
L · CORNELIVS · L · L · CALCHAS
L I B E R T E I S · E T · L I B E R T A B *INFER*

Recognovi quod extat. Ciuffi Traetto p. 93; Riccardelli p. 75.

1 ANTIO·CR traditur. — 6 id est *infer(endeis)*.

6029 traditur cum n. 6015.

MAREL . . . . . . POSPIL
CORNELIAE · FILIAE · CONIVX
QVACVM · VIXIT · ANNIS · XI · BE
NE · MERENTI · FECIT

Cafarus Sangermanensis dedit Mazochio.

LXXXI. MINTVRNAE (p. 595).

ad n. 5999. Est in fundo *le due porte* domini Philippi del Tufo. Ed. Riccardelli act. Casertan. 1880 p. 62.

ad. n. 6025. Nunc apud Riccardellium, qui ed. act. Casertan. 1880 p. 61.

ad n. 6038. Nunc Traetti apud Laur. Merulam. Ed. Riccardelli in actis Casertan. a. 1880 p. 61 sic: HIRVAP | LYCORIDI.

ad n. 6045. Edidit Riccardelli l. c. p. 62.

8249 tabella plumbea reperta complicata et clavo transfixa in sepulcro ex tegulis facto, cranio defuncti supposita; simul prodiit sigillum marmoreum operis elegantis mulierem repraesentans cincinnatam, altum cent. 11, latum cent. 4. Reperta sunt m. Aug. a. 1879 CLXX metris a ponte Liris ferreo, m. LXXX ab amphitheatro Minturnensi. Destinata est museo Campano.



Repperit Franciscus Riccardelli; descripsit primus Aug. Mau; delineaverunt eius apographo adiuti de Petra et Stornaiuolo, qui edidit tabulae incisam *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 188.

Dii i(n)feri, vobis com(m)e(n)do, si quic(q)ua(m) sactitates (= sanctitatis) *h[a]betes* (= habetis), *ac tadro* (= trado) *Ticene* (= Tychenem, Tychen) *Carisi, quodqu[o]d agat, quod incida(n)t omnia in adversa. Dii i(n)feri, vobis com(m)e(n)do il(l)ius mem(b)ra, colore(m), figura(m), caput, capilla* (= capillos), *umbra(m), cerebru(m), fru(n)te(m), supe[rcil]ia, os, nasu(m), me(n)tu(m), bucas, la[bra, ve]rba, (h)alitu(m), col(l)u(m), iocur, umeros, cor, pulmones, i(n)testinas* (= intestina), *ve(n)tre(m), brac(h)ia, digitos, manus, u(m)b(i)licu(m), visica* (= vesicam), *femena* (= femina), *genua, crura, talos, planta(s), tigidos* (= digitos). *Dii i(n)feri, si illa(m) videro tabesce(n)te(m), vobis sacrificiu(m) lubens ob an(n)uversariu(m) facere dibus parentibus il(l)iu[s] voveo(?). — ... peculiu(m)(?) ta[be]scas.* — 1. 2 restitutio parum certa. — 8. 9 *alitu colu* debetur Zangemeistero; *visu colu* proposuit Bormann. — 14 posse fuisse *ellam* pro *illam* collata tabella Britannica edita in Hermae vol. 15 p. 589 adnotavit Zangemeister. — 15 *sacr* (pro *r* fuit *t*)*ificiu lubens* vel *sacrificium lib(e)ns* proposuit Zangemeister. — 16 cf. *dei inferum parentum* supra n. 4255.

8250 Traetti in monasterio quod fuit S. Francisci.

... RELLI · S · V ...
... ORDINIS ...
... FACVLTA ...
F · RSECAR

Riccardelli act. Casertan. 1880 p. 63, cuius scilicet falsarii fide stat.

8251 Minturnis *presso i Virilassi* in ingressu fundi q. d. Cappelli domini Iannazzi.

M · NONIO
ET · SEMPRON
RIDI · SIBI · ET
IN

Riccardelli in actis Casertanis 1880 p. 61. 4 punctis explet Ricc.

8252—8254 in cippis tribus ex lapide Tiburtino, altis cent. 150, latis 45, crassis 15, quos in eodem sepulcro ad Minturnas in loco q. d. *Virilassi* repperit Dominicus Marzucco.

8250	8251	8252
N · *CEPIDIO*	N · *CEPIDIO*	
Ↄ · L · *DIVRNAE*	Ↄ · L · *DIVRNAE*	
M · PONTIVS	M · PONTIVS	
M · L · EVPHES	M · L · EVPHES	
PONTIA · M · L · CE///	PONTIA · M · L · CE///	
IN · FR · P · XII	IN · AGR · P · XII	IN · AGR · P · XII

Riccardelli act. Casertan. 1881 p. 52.
1. 2 quae inclinatis dantur, de iis editor dubitabat.